

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. LIX.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

statim post describitur, quæq; fuit regni gloriæ præ-
gustus, pertinere, jamdudum observatum est à no-
stris Theologis, ut adeo parum spei exinde Pilato pro-
longiore vitâ nascatur. Cæterum, quicquid à Chiliaftis
hic statuatur, (quamvis memorati Amici relationi
fatis tuto mihi quidem fidere liceat) in præmissarum
Assertionum aliquam nihilominus hic impingent.
Nolunt enim omnino iudicium universale admittere in
adventu Christi, atque inter iudicandos non volunt es-
se pios. Pugnans itaq; contra Assertionem 13. 14. 15.
36. Nec obstat, quod pii in Scripturis sæpe dicantur
non venire in iudicium, tum enim iudicium sumitur
vel pro damnatione, vel pro omnium, etiam involun-
tariorum peccatorum imputatione, à quâ pii per Chri-
stum liberati sunt, ita ut eorum iudicium consistat sal-
tem in eo, quod separentur ab impiis & ad dextram
Christi collocentur, adeoq; licet in iudicium sint Chri-
sto sistendi; proprie tamen, & strictè loquendo non sint
iudicandi.

LIX. Hypothesis VI. Cæteri infideles demortui
ante consummatos M. annos regni non suscitabuntur.
Ita docet D. Animadvertens verbis quæ n. LVII. ex §.
19. adducta sunt, quibus accedit Send-Schreiben §. II
die unseeligen Todten werden nicht wieder lebendig/
bis 1000. Jahr vollendet sind / alsdenn werden sie auf-
erstehen zum Gerichte. Atq; ita passim Chiliaftæ. Sed
manifeste hic impingunt in Thesin. 6. 7. 8. ubi demon-
stratum est, quod cum piis etiam impii resurgant,
quodq; hæc resurrectio futura sit universalis, & præter
eam nulla detur particularis. Imo videtur hic ipse
D. Animadvertens contradicere allatæ revelationi. I-
pse enim in Deduct. Germ. verbis ante allatis docet,
dass die extem-böse Menschen auferstehen werden 75.
Ea.

Tage nach der Auferstehung der Gerechten. Revelatio autem: die Unseligen Todten werden nicht wieder lebendig bis 1000 Jahr vollendet sind. Subsumo Die extrem-böse sind Unselige E. nec illi resurgent, nisi post M. añ os. Videat D. Animadvertens, quomodo hæc conciliet. Forte dicet, ⁷⁰ die Unseligen cum exceptione intelligendum esse; sed hoc modo vis verbis ipsis, quæ, prout jacent, accipi debent, inferetur.

LX. Hypothesis VII. Judicium vivorum consistet in tyrannorum & destructorum terræ deletione. vid. Glaubens-Gespr. p. 838 verbis n. LVII. initio allatis, ubi Nobilissima D. Animadvertentis Uxor judicium vivorum dicit pugnam illam in Harmageddone instituentiam, quæ describitur Apoc. XVI. 14: ad quam congregati fuerunt Reges terræ & populi totius orbis. Atque ita passim etiam in Animadversione de destructorum terræ destructione ante regnum millenarium instituentiam agitur. Neque aliâ pœnâ secundum Chiliastas affectum iri judicatos illos quam, quod per gladium delectantur, inde patet, quoniam eo tempore neminem, præter eos qui LXX. vel LXXV. dies post resurrectionem primam resurgent, vivo corpore in gehennam projiciendum statuunt, ut habent adducta verba ex Colloquiis fidei. Eodem tendit etiam illud quod supra num LV. adductum est. Ita docet eodem in libro p. 816. Da wirstu erst deine Gläubigen zu dir samlen / daß sie mit dir kommen so solchem Gericht / da du die Heyden vertilgen wirst Item pag. 823. Mein Jesu! du bist der Treue und Warhafftige / welcher sich auff einen weißen Pferde sehen läst / du wirst richten und streiten mit Gerechtigkeit / wenn du die Völcker wirst zusammen bringen in Harmageddon / da du die unglückseligen Kriegs-Leute nach deiner Gerechtigkeit vertilgen wirst /

H die